Ibi : *Nec obſt. ris præmiſſis deciſio textus in* cap. ex
parte.
134 De interpretatione textus *in capit. ex parte* 27. *de De-*
cim. tractant latè Rebuf. q. 14. Suar. *cap.* 23. *à num.* 4. Guttier.
num. 124. Cardinal. Tuſch. *tom.* 6. *lit.* P. *concluſ.* 752. Carol. de
Tapia *ad l. fin. part.* 2. *c.* 9. *ex num.* 91. *ff. de conſtitut. Princip.*
Gregor. Arcaci. *de priv legi. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 27. *cum aliis*,
Caſtill. *dict. tom.* 7. *de Tertiis*, *c.* 35. *num.* 40. Barboſ. *in col-*
lectan. ad idem c. in princip. & in c. quia circa, *de privileg.*
num. 13. Monet. *d. c.* 4. *n.* 3. *ex n.* 65. Valenzvel. *conſ.* 33. *num.*
50. Tondut. *ſup. num.* 17. & communiter hic intellectus à *D.*
135 *Covar.* traditus approbatur. Quid autem ſit novale, quoad
remhanc, definitur in *c. quid per. novale* 21. §. 1. *de verb. ſigni-*
ficat. ut ſit ager de novo ad cultum redactus, de quo non
extat memoria, quod aliquando cultus fuiſſet, Menoch.
conſ. 36. *num.* 2. Henr. Caniſ. *de Decim. c.* 11. *num.* 1. Tuſch.
lit. N. concluſ. 115. Petr. Gregor *ſyntagmat. jur. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 2.
Monet. *dict. quæſt.* 3. *num.* 50. Aliter tamen à Conſultis acci-
pitur in *l. ſylva cædua* 30. §. *novalis*, *ff. de verb. ſignific. & in*
l. fin. §. *ult. ff. de term. moto*, & notat Rebuf. *in d.* §. *novalis*,

Ibi *Sed profecto magis conſonum juribus.*

136 Privilegium de percipiendis decimis in aliena Parochia
minimè novalia complectitur, ſive laicis, ſive Eccleſia-
ſtices indulgeatur; Suar. *dict. capit.* 23. *num.* 5. 6. Monet *c.* 4.
quæſt. 3. *num.* 67. Ancharran. *in dict. capit. ex parte*, Guttier.
dict. lib. 2. *c.* 21. *à num.* 120. Aug. Barboſ. *in collectan. ad d.*
cap. 2. *num.* 6. *de decim. in* 6. *& dict. c.* 26. §. 2. *num.* 58. Caſtill.
c. 15. *num.* 34. 35. 39. Cancer. *num.* 14. etſi contrà ſentiat
de privilegio Eccleſiæ conceſſo.
Privilegium, per quod alteri præter concedentem præ-
137 judicium generatur, ſtrictè debet interpretari, Carleval.
de judic. tom. 2. *tit.* 3. *diſp.* 28. *num.* 16. Guttier. *practicar. lib.* 4.
capit. 5. *num.* 2. Cabed. *Luſitam. deciſ.* 93. *num.* 1. *part.* 2. Melo
de induc. debito quæſt. ult. num. 31. Hippolyt. *ſingul.* 483. Tuſch.
ſupr. concl. 211. Caſtill. *c.* 36. *num.* 14. Valenz. *conſ.* 93.
num. 31. Barboſ. *in collect. ad c. quia circa, num.* 14. *de privi-*
leg. Quod verum eſt, cum per privilegium juri communi
138 derogatur; ſed ſi per illud alteri privilegio, aut conſuetu-
dini officiatur, cauſáque ad terminos juris communis re-
ducatur ampla interpretatio facienda eſt; Caſtill. *cap.* 15.
num. 40. Tiraquel. *de primogen quæſt.* 24. *à num.* 5. D. Covar.
infra lib. 3. *c.* 6. *num.* 4. Guttier. *de juram. confirmat. part.* 1.
cap. 29. *num.* Sanchez *de matrimon. libr.* 1. *diſput.* 12. Eve-
rard. *in loc. à ratione legis larga, num.* 29. Villag. *in tract. de*
extenſion. legum. rubric. de extenſ. leg. correctoria. num. 9. Surd.
de aliment. tit. 2. *q.* 15. *num.* 93. Farin *fragment. crim. n. part.* 1.
lit. E. num. 86. cùm favorabile cenſeatur, Menoch. *conſ.* 36.
num. 27. Ex quibus facilè conciliantur *d. c. ex. parte*, &
c. tua 25. § *ult. de Decim.* ſiquidem in illo, ad jus commune
139 per privilegium reditur; & in hoc, ſecus evenit: quare in
uno gratia protelatur, quæ in altero reſtringitur quoad no-
nalium comprehenſionem. Et eſt obiter advertendum, ra-
tionem traditam à Pontifice in *dict. c. ex parte*, ut cui con-
ceditur quod plus eſt, videatur indultum quod eſt minus,
non eſſe generaliter in materia privilegiorum admitten-
dam, ut patet ex *dict. c. tua*; ſed in ſpecie tantum, de qua
ibi agitur, ubi lata interpretatio recipi debet; ut poſt alios
rectè obſervat Suar. *ſup. n.* 7. Caſtill. *ubi proximè.*

Ad Num 14.

Deciſio *c. penult. de privileg.* maximè locum habet,
quando ex agro noviter præciſo antea aliqui fructus per-
cipiebantur; veluti ex arboribus, paſtu, aut ſylva cædua;
decimæque ex illis ſolvebantur; niſi eſſet quicquam per
exiguum, ut ſupra notavimus *numer.* 133. Et concluſio-
nem hanc à *D. Covar.* deductam, ex *dict. capit. penult.* ſcili-
cet privilegium de decimis non ſolvendis ex novalibus,
non pertinere ad ea, ex quibus aliquis jus habebat perci-
piendi eaſdem, tenant. Caſtill. *c.* 36. *num.* 24. Suar. *c.* 19. *n.* 3.
Vivi. *commun. opinion. tom.* 1. *tit.* 10. *num.* 14. *verſ. Et poteſt*,
Monet. *c.* 4. *num.* 60. Barboſ. *in collectan. ad cap. quia circa* 22.
num. 14. *de privileg.* Roder Suar. *allegat.* 28. *numer.* 9. 21. 23.
Azor. *ſupra part* 1, *lib.* 7. *c.* 26. *quæſt.* 6. *verſ. His poſitis*. Rebuf
in d. l. ſylva cædua, §. *novalis*, *verſ.* 5. *ff. de verb. ſignific.* Guttier.
num. num. 126. Princep. enim. nullius juri præjudicium in-
ferre præſumitur, niſi de ejus voluntate appareat manife-
ſtè, *c. ſuper eo* 15. §. 1. ubi Gloſ. *verbo, intentionis, de offic. de-* 140
legat. l. 2. §. *ſi quis à Principe*, *ff. ne quid in loc. pub. fiat*, Carle.
val. *to.* 1. *diſp.* 2. *num.* 639. Caſtill. *c.* 36. *num.* 11. Molin. *de*
primogen. libr. 2. *cap.* 1. *num.* 13. Peregrin. *de jur. fiſc. libr.* 1. *ti-*
tul. 3. *à num.* 21. Perez. *in l. gloſ.* 1. *col.* 1. *verſ. Præterea, titul.* 5.
lib. 3. *Ordinam.* Tiraquel. *de judic. in reb. exig. verſ.* 61. *pag.* 42.
Ubi quod idem eſt in minimo præjudicio, Alciat. *de præ-*
ſumpt. reg. 3. *præſ.* 11. Grammatic. *deciſ.* 104. *num.* 23. Menoch. 141
de arbitrar. libr. 1. *quæſt.* 9. *numer.* 11. & hoc probat etiam in
conceſſione ex motu proprio, & certa ſcientia, imò &
cum clauſula de plenitudine poteſtatis, Caſtill. *ubi pro-* 142
ximè numer. 23. Seraphin. *deciſ.* 1082. *numer.* 8. Barboſ. *de*
diction. & clauſ. 19. *numer.* 10. ibiquè alii; & procedit,
nedum in jure jam quæſito, ſed etiam in ſpe probabili Me-
noch. *conſ.* 36. *num.* 24.

Ibi : *Qua ratione conciliari, ni fallor, poſſunt.*

Hanc doctrinam, & conciliationem ad hujuſmodi con-
trarietate opinionum tollendam; ut juri conſonam; tuentur
Caſtill. *numer.* 26. Rebuf. *quæſt.* 14. *numer.* 34. Monet. *dict.*
c. 4. *numer.* 70. Cardin. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 729, *numer.*
5. Roderic. Suarez *ubi proximè*. Guttier. *num.* 192. *verſ. Hac*
tamen, & alii.
Utrum autem privilegium Summi Pontificis de non
ſolvendis decimis extendatur ad novalia, & ad poſſeſſio 143
nes poſt conceſſionem? quæſita? diſputant DD. Affirmant
Suar. *de cap.* 19. *num.* 4. 7. Pellizfiar. *ſupr. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7.
num. 171. *cum ſeqq.* apudquem Caſtr. Palao, Azor. & Abaas
in *cap. dudum*, *de privileg.* Negant Caſtill. *c.* 14. *num.* 43.
Rebuf. *quæſt.* 14. *num.* 30. Oldrad. *conſ.* 268. Barboſ. *in colle-*
ctan. ad d. c. quia circa, *n.* 11. *& d. c.* 26. §. 3. *num.* 14.
Monet. *c.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 67. Rodrig. *quæſtion regular. reſol.*
50. *num.* 6. Guttier. *d. c.* 21. *num.* 130. licet alid. juris ſit
de privilegio non ſolvendi decimas de proprio labore
perceptas, nam & novalio complectitur; *c. ad audien-*
tiam, de decim. Caſtil. *ſupr.* Barboſ. *d. n.* 14. & alii commu-
niter; & hoc privilegium omnibus Religionibus competit.
cap. ex parte, *el* 1. *de decim.* Barboſ. cum. aliis *num.* 17.
qui advertit, hoc verum eſſe quoad fructus, pro ipſorum
uſu neceſſarios; & ita intelligendus eſt Cancer. *d. cap.* 23. 144
num. 3. 15. Sed ut privilegium prædia poſt illud acquiſita
privilegiato comprehendat, neceſſariò requiritur ſpecifica
derogatio *c. numer* 34. *de decim.* Guttier. *num.* 136. Suar. *cap.*
19. *num.* 7. Ioan. Franc. de Leon *in theſaur. for. Eccleſiaſt.*
part. 2. *c.* 12. *à num.* 69. Camill. Bortel *in ſum deciſi n. part.*
1. 19. *de decim. num.* 42. Rota *deciſ.* 122. *num.* 4. *& deciſ.* 123.
part. 1. *diverſor.* & apud Poſtium *de manutent deciſ.* 157. *n.* 4.
Pellizzari *ſupr. num.* 170. *Auguſtin.* Barboſ. *in dict.* §. 3. *n.* 137.
Marcheſan. *de commiſſion. p.* 2. *num.* 1. 2. *pag.* 596. *in ult. im-*
preſ. Campan. *in diverſ. jur. Canonic. rub.* 12. *c.* 13. *num.* 154.
& alii laudati per eundem Barboſ. *in collectan. ad d. cap.*
nuper.
Illud tandem non eſt prætermittendum, quod contro-
verſiæ ſuper Decimis ad forum ſpectant Eccleſiaſticum. 145
Nam cum jus earum ſpirituale ſit, de illo judicare laicis
non licet; *c.* 2. 3. *de judic. c. caſum.* 7. *qui fil. ſint legit.* 146
docent Suar. *c.* 38. *num.* 16. 17. Thom. Delbene *de immu-*
nit. Eccleſiaſt. tom. 1. *c.* 10. *dubit.* 4. *num.* 1. D. Covarr. *practi-*
car. c. 35. *num.* 1. Cevall. *tom. ult. quæſt.* 25. *à num.* 11. Ubi 147
neque incidenter laicos de ſpiritualibus cognoſcere poſſe,
probat Petr. Barboſ. *in l. Titia, num.* 39. *ff. ſolut. matrim.* Ca-
ſtill. *c.* 12. *numero. decimo ſecundo.* Aud. Gail. *practicar. obſer-*
vat. lib. 1. *obſervat.* 38. Aug. Barboſ. *dict. c.* 26. §. 4. *n.* 1. Dian.
reſolut. moral. p. 1. *tract.* 1. *reſolut.* 89. Scaccia *de ſentent. & re*
jud. gloſ. 7. *q.* 3. *limit.* 5. *à n.* 4. & plurimi alii apud Caſtill.
& Aug. Barboſ.
Hæc tamen regula nonnullas patitur exceptiones com- 148
muni DD. ſuffragio comprobatas. *Prima* eſt, ſi quæſtio
vertatur facti, veluti an decimæ ſunt ſolutæ? ſuper quo
ſæcularis pronunciare non prohibetur, tanquam mixti
fori, D. Covar. *ſupr. num.* 2. Delbene *num.* 34. Bobadill. *in*
politic

politic. tom. 1. *lib.* 2. *c.* 18. *num.* 145. Guttier. *practicar. lib.* 3.
c. 26. *num.* 2. Rebuf. *quæſt.* 10. *num.* 2. 38. Caſtill. *in l.* 6. *Taur.*
verſ. De qualquier a calidad. Monet. *cap.* 8. *à princ.* Zerol.
in prax. Epiſcop. part. 1. *verbo*, *Decimæ*, §. 6. Aug Barboſ.
ſupra.
149 Secunda, ſi de ſola poſſeſſione juris Decimarum diſ-
ceptetur, Cevall. *ſupra numer.* 54. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 28.
num. 2. Avendan. *de exeq. mandat. part.* 1. *c.* 1. *numer.* 32.
Guid. Papa *deciſ.* 85. *num.* 2. Garcia *de nobilit. gloſ.* 9. *n.* 48.
Myſinger. cent. 2. *obſerv.* 67. Mendez à Caſtr. *in prax. Ec-*
cleſ. Luſitan. lib. 2. *c.* 4. *num.* 14. Aug. Barboſ. *in collect. ad*
c. tua 25. *num.* 3. *de decim.* Caſtill. *ſup. n.* 41. ubi ex Cevall.
rationem reddit, quia ſcilicèt poſſeſſorium rei ſpiritualis,
cauſa temporalis, & profana cenſetur, Menoch. *conſ.* 268.
ex nu. 5. ubi limitat in remedio adiſpicendæ; & plures alii
150 apud Delbene *num.* 2.
Tertia eſt, quoad Decimas in laicos perpetuò legitima
151 conceſſione tranſlatas; nam de illis in quæſtionibus, tam
juris, quam facti laici ſunt judices competentes. Et de
conceſſis Regibus Hiſpaniarum, privativè in ejuſdem ſu-
premi Tribunalibus, etiam inter Eccleſiaſticas perſonas
cognoſcitur; Guttier. *ſupr. lib.* 1. *c.* 14. *num.* 4. D. Covarr.
dict. num. 2. *verſ. Tertiò quoties*, Rebuf. *num.* 39. *in fin.* Bo-
badill. *num.* 146. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 13.
p. 2. *num.* 58. Petr. Barboſ. *in d. l. Titia*, *num.* 42. Caſtill.
quam plurimos referens *ſupra num.* 20. D. Felician. de Ve-
ga *in cap. qualiter, & quando, num.* 10. *de judic.* D. Solorzan.
de jur. Indiar. libr. 3. *c.* 1. *à num.* 42. Garc. *de expenſ. c.* 9.
num. 94. Cabed. *deciſ.* 63. *num.* 4. Morla *in empor. jur. part.* 1.
titul. de juriſdict. omn. judic. in princ. numer. 137. Gratian.
diſcept. c. 238. *num.* 58. Henriq *in ſumm. lib.* 7. *c.* 27. *lit.* E.
Cevall. *quæſt.* 822. *num.* 70. *cum ſeqq. & dict. quæſt.* 25. *n.* 24. 25.
ubi aliud ait de Decimis in feudum datis, de quo viden-
dus Thom. Delbene *à num.* 36. qui diſtinguit inter feudum
Decimarum titulo oneroſo, vel lucrativo conceſſum; &
Cevall. ſententiam probat Barboſ. *numer.* 2. *verſ. Itidem*,
cum aliis.

AD CAPUT XVIII.

De intellectu & praxi leg. Diffamari, 5. Cod. de ingen.
manumiſſ.

SUMMARIUM.

1 *De intellectu* l. Diffamari, de ingen. manum. *qui diſ-*
ſerunt.
2 *De praxi præfatæ conſtitutionis, remiſſivè.*
3 *Eſt remedium extraordinarium, quod ex* d. l. diffamari,
competit.
4 *Remedia extraordinaria ceſſant, ordinariis exiſtentibus.*
5 *Juſta cauſa excuſat diffamantem.*
6 *Non agit remedio dictæ legis, niſi qui poſſidet.*
7 *De pœna ejus, qui contumaciter edere inſtrumentum re-*
cuſat.
8 *Ut quis privetur jure, quod ex inſtrumento habet ob con-*
tumaciam in eo exhibendo, bis interpolatè eſt præmo-
nendus.
9 *Quomodo liberetur quis ab inſtrumentorum editione remiſ-*
ſivè.
10 *An ſit bis admonendus diffamator, antequam ei ſilentium*
perpetuum imponatur?
11 *Si poſt terminum à Iudice præſcriptum appareat diffama-*
tor acturus, audietur, niſi jam ſententia ſilentium per-
petuum imponens fuerit lata.
12 *Summariè ſaltem conſtare debet de diffamatione, ut locus*
ſit dictæ legi, diffamari.
13 *Ad utendum remedio* l. ſi contendat, ff. de fidejuſſor.
diffamatio, ut præcedat, non eſt neceſſe.
14 *Differentia inter remedia* d. l. diffamari, *&* d. l. ſi con-
tendat.
15 *De praxi* d. ſi contendat, *remiſſivè.*
16 *Quis Iudex adeundus ſit ad præfata remedia proponenda.*
17 *Agens ex* d. l. diffamari, *quoad primam petitionem actor*
habetur, & reus quoad reliqua.
18 *Majori excommunicatione ligatus uti nequit remedio le-*
gum prædictarum.
19 *Excommunicatus non auditur in judicio, niſi ut reus neceſ-*
ſarius trahatur.
20 *Contra excommunicatum proponi poſſunt præfata remedia,*
qui, ſi velit contendere, audietur.
21 *Actor, qui compulſus ad judicium trahitur, reus potius*
cenſetur.
22 *Excommunicatus etiam in foro ſæculari à judicio repellitur.*
23 *Agens excommunicatus in judicio non auditur, ſi ſpontè*
veniat; ſecus ſi invitus.
24 *Quibus caſibus admittatur excommunicatus ad agendum*
in judicio; remiſſivè.
25 *Iudicium peractum cum excommunicato, parte non oppo-*
nente, ſuſtinetur.
26 *Judices Eccleſiaſtici cenſuris cogere poſſunt ſæculares, ut*
excommunicatos à judicio repellant.
27 *Judex poteſt ex officio excommunicatum vitandum repel-*
lere.
28 *Utrùm excommunicatus cogatur procuratorem conſtituere*
ad litigandum?
29 *Excommunicatus etiam non denuntiatus, parte opponente,*
poteſt à judicio excludi.
30 *Excommunicatus etiam ante denuntiationem jus nullum*
habet ad fidelium communionem, à quibus, ſi velint, vitari
poteſt.
31 *Reductio ad arbitrium boni viri apud quem Iudicem eſt*
poſtulanda.
32 *Si Clericus, & laicus Arbitri ſententiam dixerint, pro*
reductione ad arbitrium boni viri, ſuperior Clerici erit
adeundus,
33 *In remedio* d. l. diffamari, *comparendum eſt coram Iudice*
diffamati ſecundum Communem.
34 *Traditur ſententia alia docens, coram* Iudice *diffamatoris*
eſſe comparendum.
35 *Actor forum rei ſequi tenetur.*
36 Iudex *cauſæ præparatæ eſt competens ad cauſam præpa-*
rantem.
37 *Laicus utens remedio* d. l. diffamari, *Clericum, vel Epi-*
ſcopum ad forum ſuum trahit, ut invitus agat.
38 *Per jactationem quis ad judicium provocat.*
39 *Reo duplicem forum habente de jure communi, actor, quem*
maluerit, poteſt eligere.
40 *Secus eſt, ſi duplex forus ex privilegio competat, nam ipſe*
reus eligit.
41 *Quoties diffamatus duplicem forum habet de jure commu-*
ni, ſi ipſe compareat in uno; & diffamator velit agere in al-
tero, cauſa ad hunc eſt remittenda.
42 *Unus eſt* Judex *in prædicto caſu cauſæ præparato, & alter*
præparantis.
43 *Remedium* l. diffamari, *eſt commune omnibus cauſis, tam*
civilibus, quàm criminalibus.
44 *Succeſſor majoratus, vivo poſſeſſore, uti poteſt remedio*
l. diffamari.

AD intellectum *l. diffamari* 5. *Cod. de ingenu. manumis.* 1
legendi ſunt Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 14. *à nu.* 23.
Tuſch. *lit. D. concl.* 411. *cum ſeqq.* Paz *in praxi tom.* 3. *c. ult.*
§ 1. Cancer. *variar. part.* 3. *c.* 5. *num.* 54. *cum ſeqq.* Sarmient.
lib. 1. *ſelectar. c.* 2. Capyci. *decis.* 18. *&* 89. Caguol. Contard.
& Brarer. *ad eandem conſtitutionem*, Greg. Lop. *in l.* 46.
tit. 2. *part.* 3. *glos.* 2. *cum ſeqq.* Anton. Gom. *variar. tom.* 3.
c. 1. *num.* 27. Guttier. *cons.* 51. Villadieg. *in polit. c.* 8. *n.* 108.
cum ſeqq. Petr. Franc. de Tondut. *de prævent. judic. part.* 1.
c. 8. Mari. Burgi. *in tract. de laudem libr.* 3. *c.* 31. *n.* 36. cum
aliis Gratian. *diſcept. forens. c.* 85. *per totum*; Ant. Gabr.
commun. lib. 2. *titul. de actionibus conc.* 6. Boër. *decis.* 255.
Alexand. Trentacinq. *variar. lib.* 1. *titul. de diffamationibus*
reſol. 1. & plures alii apud Giurbam *decis* 44. *num.* 1. Qui
verò de *l. ſi contendat*, 29. *ff. de fidejuſſor.* egere, *infrà* ſuo
loco tradentur.

Ibi : *Nam ut primam examinemus.*

Hujuſmodi praxim ultra omnes laudatos nuper pari-
2 formiter docent Pichard. *in manuduction. ad pract. p.* 3. §. 4. *num.* 47. Carleval. *de judic. tom.* 1. *titul.* 1. *diſput.* 2. *num.* 202. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 56. *numer.* 24. Barboſ. *in collectan. ad l. unic. C. ut nemo invit. numer.* 7. & quomodò formetur libellus, tradit Tuſch. *num.* 21. & Paz *ſup.*

3 Remedium iſtud cum ſit extraordinarium, & à regulis juris exorbitans, Brarer. *ſupr. cap.* 1. *num.* 16. Villadieg. *numer.* 109. & notatur communiter (nullus enim agere compelli poteſt, *l. unic. C. ut nem. invit. ager. teneat. l.* 46. *tit.* 2. *part.* 3. Paz *ſupr. tom.* 2. *part.* 2. *c. unic. ex nu.* 1. Argel. *de acquir. poſſeſ. quæſt.* 16. *art.* 2. *num.* 21.) niſi in ſubſidium competere non poteſt; quare ſi aliud adſit ordinarium auxilium diffamato, illo uti non permittetur; veluti ſi appellationi locus ſit, ut per Menoch. *conſ.* 1072. *num.* 19.
4 Tuſch. *num.* 27. Bart. *in l. ſi finita*, §. *eleganter, num.* 4. *ff. de damn. infect.* Ubi enim extant ordinaria remedia, extraordinariis experiri jura non ſinunt, *l. in cauſa* 17. *ff. de minor.* Coſt. *de remed. ſubſidiar. remed.* 14. *num.* 3. Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 2. *tit.* 8. *reſolut.* 2. *num.* 42. 43. Carleval. *d. diſp.* 2. *n.* 891. Cyriac. *tom.* 3. *controverſ.* 413. *n.* 14. Tondut. *ſupr. part.* 2. *c.* 40. *n.* 11.

5 Præterea cum præfata conſtitutio emanaverit in odium diffamantis, ceſſabit, quoties ex juſta cauſa, neceſſitateque compulſus aliquis tali diffamatione utiter; quia ſua intereſt, jus ſuum fieri notorium, ne allioqui pereat, cujus exemplum exhibet Menoch. *conſil.* 366. *num.* 2. *verſ. Secundò dato*, cum *numer. ſeqq.* & ita docent Contard. *ſupr. in limitat. num.* 77. Bald. *in l. ob commiſſa, Cod. ad l. Jul. de adulter.* Purpurat. *in l.* 2. *num.* 61. *C. de edendo*, Tuſch. *num.* 24. 25. Socin. *conſ.* 118. *col.* 2. *lib.* 1. Angel. *in l. fin. ff. quod quiſq. jur.*

6 Tandem qui non poſſidet rem, circa quam diffamatio verſatur, minimè illo juvabitur auxilio, cùm ſit inventum, ut ſuccuratur eis, qui per jactionem in ſua poſſeſſione turbantur: Gregor. Lop. *in dict. l.* 46. *gloſ.* 2. Anton. Gabr. *dict. titul. de actionib. concluſ.* 6. *num.* 38. Cyriac. *tom.* 2. *controv.* 339. *num.* 21. Pacian. *dict. num.* 24. Trentacinq. *num.* 9. Boer. *ſupr.* Sed opus non eſt, quod detrimentum poſſeſſor patiatur, ut reſolvit Gregor. Lop. *ubi proximè*, omnes ita tenere aiens, nam ſola jactatio ſufficit.

Ad Num. 1.

7 Judex legitimè præcipiens, inſtrumentum in judicio produci, ſi poſſeſſor ejus parere contumaciter detrectet, pronunciare poterit, ut à contumace quandoque productum nullam in judicio fidem obtineat. Concluſionem iſtam tenent etiam Felin. *in c. G. proprè uus*, *num.* 13. *verſ. Amplia quartò, colum.* 1. *de fid. inſtrument.* Bald. *in l. hi qui ad civilia*, *num.* 5. *C. de appellat.* Pacian. *dict. lib.* 1. *c.* 66. *à num.* 172. Cancer. *variar. lib.* 1. *c.* 19. *numer.* 23. Maſtril *deciſ.* 187. *num.* 9 *cum aliis*, Avendano *in l.* 41. *Taur. gloſ.* 4. *num.* 9. Guid. Pap. *quæſt.* 245. *num.* 1. Pareja, qui & alios refert, *de inſtrument. edit. tom.* 2. *titul.* 7. *reſolut.* 2. *num.* 20. ubi *per totam* de pœnis, qua infligere poteſt Iudex ei, qui juſſus edere inſtrumenta, quæ penes ſe habet, aut habere jure præſumitur, contumaci er renuit.

Ut autem locus ſit præfatæ concluſioni, duplex admo-
8 nitio præcedere debet interpolatè, Iaſ. *in l.* 2. *numer.* 11. *verſ. Ego ultra ſcribentes*, *column.* 3. *C. de edend.* Purpurat. *ibidem, numer.* 54. *verſ. Limitatio tamen*, *column.* 9. Ripa *in ead. l. num.* 17. *verſ. Contra has concluſiones*, *col.* 4. quos adducit ac ſequitur Pacian. *ſupr. num.* 179. Et quomodo li-
9 beretur quis, ab inſtrumentorum editione probando amiſſionem, vel jurejurando, tradunt DD. *in l. fin C. de fide inſtrum*, & latè Pareja *ſuprà, reſol.* 8. *à n.* 20.

Ibi : *Sunt item aliæ juris.*

Videas *l.* 47. *titul.* 2. *part.* 5. ubi Gregor. Lop. *l. fin.* juncta gloſ. ultim. *Cod. de uſur. pupillarib. l. ſi ſervus* 4. *ff. de bon. author. judic. poſſid. l. ſi eo* 6. *C. de remiſ. pignor.* & alia jura per Accurſium adducta in *d. l. diffamari.*

Ad Num. 2.

Quod diffamator bis ſit præmonendus ante ſilentii 10
perpetui impoſitionem, æquius ac communius videtur; & ita docent Gregor. Lop. *in dict. l.* 46. *gloſ.* 4. *in fine*, Contard. *ſupr. c.* 1. *numer.* 30. Paz *dict.* §. 1. *numero tertio.* Trentacinq. *num.* 5. *verſicul. Secunda eſt*, Anton. Gabr. *d. titul. de actionib. concluſ.* 2. *in limitat.* 21. Tuſch. *dict. concluſ.* 411. *numer.* 14. ubi ait, abſentem ter præmonendum, Natta *in Clement. ſæpè, de verb. ſignif.* Cotta *in memorabilibus*, *verſicul. Iudex poteſt*, Gomez *in* §. *præjudiciales*, *col. fin. Inſtitut. de actionibus.* Capyc. *deciſ.* 210. Quamvis unicam admonitionem ſufficere, teneant Cagnol. *ſup.* Dec. *in l. fin. column.* 17. *Cod. de edict. D. Adrian.*
tollend. Sed ſi poſt terminum, ſive unicum, ſive dupli- 11
cem lapſum accedat diffamatur acturus, antequam ſententia perpetuum ſilentium imponens feratur, audiendus erit; ex Anton. Gom. *ſupr. numero vigeſimo quinto.* Gregor. Lop. *ubi proximè*, *gloſ. ultim.* modò expenſas diffamato refundat, Trentacinq. *num.* 4. *verſ. Sed primo caſu*, Cagnol. *num.* 16. 20.

Ibi : *Illud ſanè non eſt prætermittendum.*

Niſi vel ſummariè per legitimam probationem con- 12
ſtet Judici de diffamatione, auxilium dictæ conſtitutionis concedere non debet; Paz *dict. num.* 3. Cagnol. *nu.* 6. Contard. *in quæſtionib. num.* 45. Villadieg. *num.* 108. Molin. *dict. c.* 14. *numer.* 31. Tondut. *ſup. cap.* 8. *num.* 1. Guttier. *dict. conſil.* 51. *numer.* 4. ubi ait ſe nunquam, dum advocandi munere functus eſt, cumulaſſe, aut ab aliis cumulatum vidiſſe remedium *d. l. diffamari*, cum auxilio *d. l. ſi contendat*, Tuſch. *d. concluſ.* 411. *numer.* 8. Cancer. *ſupr. num.* 55. Trentacinq. *num.* 4. *in fine.*

Ad Num 3.

Quod ad utendum remedio *dict. l. ſi contendat*, nulla 13
diffamatio deſideretur, quamvis ad beneficium *dict. l. diffamari*, opus ſit, notant Molin. Tondut. Guttier. *ſupr.* Paz
dict. c. ultim. §. 1. *numero primo.* Cancer. *dict. part.* 3. *c.* 1. 14
num. 57. Tuſch. *dict. concluſ.* 411. *numer.* 10. Eſt & alia differentia inter præfata remedia; nam in primo ſolùm intenditur, ut Iudex declaret, exceptionem illo agenti competere; in ſecundo autem de auferendo jure ſuo diffamatori, ſi aliquod habet; ut ex præallegatis DD. ipſiſque legibus apparet. Alias differentias refert Ioann. Baptiſt. Marcheſan. *libro tertio*, *titul. de commiſſ. lactat. numer.* 85.

Ibi : *Secundum quod ab eiſdem communiter receptum eſt.* 15

De praxi *dict. l. ſi contendat.* Paz *d.* §. 2. *per totum*, Sarmient. *d. cap.* 1. Roderic. Suar. *allegat.* 4. *num.* 5. *cum ſeqq.* Villadieg. *dict. c.* 8. *num.* 102. Molin. *ſupr. num.* 5. 22. 30. 31 Canc. *dict. cap.* 1. *num.* 56.

Ad Num. 4.

Ad quæſtionem iſtam præter laudandos *infrà, à nu.* 33. 16
ſunt conſulendi Ioann. Baptiſt de Thoro *in compend. deciſion. Neapolit. verſ. Remedium legis diffamari*, Pet. Barboſ. *in l. poſtea quam*, *num.* 99. *ff. de Iudic.* Montealegre *in praxi, libr.* 1. *cap.* 2. *numer.* 53. 82. *& cap.* 3. *num.* 47. Pereir *deciſ.* 119. Ripol. *variar. c.* 1. *à n.* 171.

Ibi : *Deinde Bartolus, licèt exiſtimet utentem.*

Agens remedio *l. diffamari*, quoad primam petitionem 17
actor, quoad cætera reus habetur; Bartolum ſequuntur Tondut. *ſupr. num.* 2. Cancer. *num.* 61. Gregor. Lop. *gloſ.* 3. ubi ait, ſufficere quod libertus faciat citari patronum, ut veniam petere teneatur, Trentacinq. *num.* 6. *verſ. Cum hæc igitur*, Guttierr. *dict. conſil.* 51. *numer.* 15. Menoch.

agens de vaſſallo, *conſil.* 1072. *num.* 16. Anton. Gabr. *dict. concluſ.* 6. *num.* 27. Quare præfato remedio utens gaudet privilegiis, quæ reo competunt, & ita, actore non probante, abſolvitur, Cancer. *num.* 63. Dec. *conſ.* 3. *num.* 9. 10. Gratian. *dict. cap.* 85. *num.* 4. 5.

Ad Num. 5.

18 Majori excommunicatione ligatus, utens remedio *dict. l. diffamari*, poteſt à judicio repelli. Idémque juris ſte, quoad *l. ſi contendat*; nam etſi reum eſſe dicamus, atten-
19 ta cauſæ origine, ultrò ad litigandum venit. Excommunicatus autem non auditur, niſi trahatur, ut reus neceſſarius; Mari. Alterius *de cenſur. lib.* 2. *diſput.* 3. *cap.* 2. *col.* 4. *lit. B.* Anton. Ricciul. *de jure perſon. extra gremi. Eccleſ. exiſtent. lib.* 4. *c.* 33. *à princ.* Aug. Barboſ. *in collect. ad cap. intelleximus*, *num.* 20. *de judic.* Gregor. Lop. *ubi proximè*, Oval. ad Donell. *lib.* 20. *cap.* 4. *lit. A.* Poterit
20 tamen contra ipſum utriuſque legis remedium intentari; nam etſi actor futurus ſit, non eſt voluntarius, ſed compulſus, atque ideò, ut ſe tueatur ſtare in judicio non prohibetur, argument. *cap. cum inter* 5. *de except.* cum aliis
21 Nam cum invitus ad agendum trahatur, quoad hunc effectum potius reus eſt cenſendus, quam actor; & ita docent Socin. *regul.* 175. *incipit.* Excommunicatus regulariter, *limit.* 1. Deci. in *cap. ſignificavit, num.* 13. *de offic. Ordinar.* Ronchegal. *in rubric. de dubiis*, *num.* 32. Pariſi. *in cap. exceptionem*, *num.* 61. *de except.* quos refert & ſequitur Barboſ. *in addit. ad collectan. dict. cap. intelleximus*, *num.* 5. Trentacinq. *nu.* 8. *verſ. Secunda eſt opinio*, Natta *ſupr. col.* 41. Cagnol. *n.* 13.

Ibi : *Obiter tamen erit conſiderandum.*

22 Præfatus excommunicatus, etiam in foro ſæculari, poteſt repelli agens, *l.* 6. *tit.* 9. *part.* 1. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 15. Surd. *de alimen. tit.* 8. *privileg.* 103. *num.* 4. Paz. *in prax. tom.* 1. *tempor.* 5. *num.* 40 Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 281. Ricciul. *ſupr. lib.* 4. *c.* 31. *num.* 15. *in fine*, Gomez *in prax. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 1. Cevall *tom.* 1. *quæſt.* 67. *in princip.* Hevia Bolaños *in Curia, part.* 1. §. 10. *num.* 2. Quod eſt intelligendum, ſi ſpontè
23 agat; nam invitus minimè repelletur, ut in exemplo nuper poſito; quod generaliter docet ex aliis Barboſ. *ubi proximè*, *num.* 6. Qui in *collectan. ad d. l. cap. intelleximus*,
24 *à num.* 10. caſus enumerat, in quibus excommunicatus auditur agens in judicio.

25 Notandum tamen eſt, quod ſi cauſa cum excommunicato peragatur, nihil opponente adverſario, valet quod actum eſt; Ricciul. *ſupr. num.* 36. Caldas *de reſolut. emphyteut. cap.* 17. *num.* 10. *verſ. Infero vigeſimò quartò*, peregrin. *dict. tit.* 11. *num.* 17. Contard. *ſup. c.* 4. *n.* 82. Rota *deciſ.* 27. *de reſcript. in antiq.*

26 Imò poſſunt judices Eccleſiaſtici per cenſuras compellere ſæculares, ne admittant excommunicatos ad litigandum, cùm de jure non liceat; Bobadill. *in politic. tom.* 1.
27 *lib.* 2. *c.* 17. *num.* 76. ubi alios laudat. Et licet Pars non objiciat exceptionem, poteſt Iudex ex officio excommunicatum vitandum reiicere; Par. Suar. *de cenſuris*, *diſput.* 16. *ſect.* 3. *num.* 2. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 7. *num.* 3. Bonac. *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 7. *num.* 9. Socin. *in cap. ſacris, num.* 337. *de ſent. excommunicat.* Ricciul. *ſupr. c.* 31. *num.* 19. Utrum,
28 quando licet, poſſit excommunicatus comparere perſonaliter in judicio, vel teneatur procuratorem conſtituere, maxime in cauſis arduis? controvertitur, de quo Paz. *d. tempor.* 5. *à nu.* 49. ubi alii; Barbatia *in d. c. intelleximus*, *num.* 8. 9. 31. 32 Avilla *de cenſur. part.* 2. *c.* 6. *diſp.* 6. *dub.* 2. Suar *ſupr. ſect.* 4. *num.* 6. Bonacin. *d. punct.* 7. *num.* 8. Bald. *in d. cap. intelleximus*, *num.* 2. Ex quibus tenendum eſt, quod quando excommunicati vitandi induſtria ad ſui defenſionem, & cauſæ expeditionem præcisè non deſideratur, cogendus eſt procuratorem conſtituere, ſi eum idoneum invenerit.

Illud non eſt prætermittendum, excommunicatum
29 etiam non denunciatum agentem in judicio, parte opponente, repellendum eſſe, ut rectè docet Barboſ. *in dict.* *addit. ad collect. c. intelleximus*, *num* 8. contra Didac. Perez; & alios; quibus non ſufragatur extravagans conſtitutio, quæ incipit: *Ad evitanda*, cujus literam & intellectum tradidere D. Covar. *in c. Alma Mater*, *part.* 1. §. 2. *à num.* 7. *de ſentent. excommunicat. in* 6. Paz *dict. temp.* 5. *num.* 30
70. *cum ſeqq.* Guttier, *Canonicar. lib.* 1. *c.* 1. *per totum.* Tum quod licèt ex ea non aſtringantur fideles ad vitandum excommunicatum non denunciatum, niſi fuerit notorius Clerici percuſſor, juxta interpretationem communi uſu receptam, poſſunt tamen eum vitare, ſi velint juxta jus antiquum, *c. cum. non ab homine* 14. & *ibi* gloſ. & DD. *de ſent. excommunicat.* nullumque jus eſt excommunicato ad communionis actus, cum in *dict. extravaganti*, expreſſè, dicatur Legiſlator non intendere in aliquo excommunicatos relevare. Tum etiam, quoniam prohibitio ne excommunicatus audiatur agens, quatuor rationibus nititur quas refert *c.* 1. *except. in* 6. & licet una deficiat, quæ eſt communionis periculum, aliæ ſuperſunt etiam poſt *dict. extravagantem*, ex quibus excommunicatus ante denuntiationem debet repelli; quod de jure verius eſt.

Verſ. *Adducitur his omiſſis.* Ibi *Et ideò tertiò pro hac parte.*

Apud quem Iudicem petenda ſit reductio ad arbitrium 31
boni viri adverſus ſententiam per Arbitrum latam? tractant Azeved *in l.* 4. *à num.* 147. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopilat.* Surd *conſ.* 106. *num.* 1. 17. Theſaur. *deciſ.* 14. Avendañ. *de exequend. mand. part.* 1. *c.* 1. *num.* 27. Cacheran. *deciſ.* 150. *num.* 5. Petr. Barboſ. *in l. heres abſens*, §. *proinde, num.* 39. *ff. de judic.* Cevall. *quæſt.* 89. *num.* 7. Roland. *conſ.* 24. *num.* 12. *vol.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 100. *num.* 51. 52. Did. Perez *in l.* 12. *verſ. Quæro, tit.* 15 *lib.* 2. *Ordinament.* Et ultra duas opiniones, de quibus hic *D. Covarruvias* eſt tertia, quæ habet, adeundum eſſe judicem ejus, contra quem reductio poſtulatur; Guttierr. *dict. conſ.* 51. *num.* 9. 24. D. Covarr. *infra lib.* 2. *c.* 12. *num.* 1. 2. qui hanc amplectitur: tamen non eſt rejicienda opinio Afflictis, quæ docet, Superiorem Arbitri, eſſe judicem competentem; nam cum Arbitri laudum corrigi per hoc remedium poſtuletur, congruum videtur, ut inferioris error, aut dolus per Superiorem ipſius corrigatur; ſicut in appellatione, [cui reductio ſimilis eſt, *l. non diſtinguemus* 37. §. *cum quidam*, ubi Gloſſ. *verbo*, *ſpecies*, *ff. de arbitr.*) ob eandem rationem obſervatur *l.* 1. §. *ſi quis in appellatione. ff. de appellation.* Imò ſecundum alias ſententias contingere poſſet, ut laudum ſuperioris, ab inferiore, ſubditòque illius reformaretur, veluti ſi ille eligeretur in Arbitrum, & hic eſſet Iudex ordinarius ejus cauſæ, vel litigantis, contra quem reductio poſtulatur; quod abſurdum eſſe, nullus inficiabitur: quare Afflictis adſtipulantur, Gregor. Lop *in l.* 23. 32
gloſ. 15. *tit.* 4. *part.* 3. & alii adnotantes, quod ſi Clericus, & laicus Arbitri ſimul eligantur, pro reductione ad boni viri arbitrium, adiri debet Superior Eccleſiaſtici, tanquam dignioris; Felin. *in c.* 1. *num.* 6. *verſ. Noto ſecundò*, *de præſcript.* Bart. *in l. juriſperiti*, §. *cum oriundus*, *ff. de excuſat. tutor.* Bald. *in l. præcipimus in fine*, *C. de appellat.* Deci. *in rubric. de appellat. num* 13. Aufrer. *de poteſtat. Eccleſ. n.* 49. Pariſi. *conſ.* 45. *numer.* 11. 65. *vol.* 1. Speculat. *in tit. de arbitr.* §. 1. *verſ. Sed quid erit*, Beller. *diſquiſitor cleric. part.* 1. *tit. de favor. cleric. perſon.* §. 16. *num.* 5. Non obſtat *l.* 2. *C. ubi & apud quem*, quæ pro *D. Covarr.* facere videtur, cum in ea non agatur de imperitia, vel dolo Iudicis corrigendo, ſed de retractando, favore ætatis, quod legitimè geſtum eſt; ſed meminiſſe oportet, hac de re eſſe apud nos *dict. l.* 23. *tit.* 4. *p.* 3. ubi cavetur, reductionem ad arbitrium boni viri eſſe poſtulandam apud Iudicem ordinarium loci, ubi arbitratum eſt; & hoc approbant per illum textum, Barboſ. *ſupr.* Greg. Lop. *ibi* Hermoſ. *in l.* 9. *gloſ.* 9. *num.* 12. *tit.* 5. *part.* 5. & alii *ſuprà* laudati.

Ibi : *Quintò, idem probatur ea ratione.*

De hoc latè Carleval. *ſuprà*, *dict. diſput.* 2. *à num.* 203. diximus jam ad *cap.* 4. *ſub. verſ. Virum ut res, num.* 26.